

„ fiffimam fectionem propellant . Neque enim diuife ope-
 „ rabantur propria , ut & diuifionem earum fufpicemur .
 „ Non exultet pro hoc Neftorius , feipfum feducens er-
 „ roneus , idcirco quod utraque forma in uno Chrifto
 „ & Filio cum alterius communione operabatur : neque
 „ enim ab altera fejuneta , quod proprium habuit ope-
 „ rabatur : neque enim fecundum ipfum , duos Chrifto
 „ aut Filios operantes opinamur , unum quidem secun-
 „ dum naturam Filium & Chrifto , quæ mira funt ; al-
 „ terum vero fecundum gratiam Filium & Chrifto ,
 „ quæ humiliora funt ; quamquam duas formas quæ com-
 „ munitè operantur , edocemus , unamquamque secun-
 „ dum fuam naturalem proprietatem ; fed unum eun-
 „ demque Filium & Chrifto , qui & fublimia & humi-
 „ lia naturaliter operatur , fecundum uniuifcujusque dua-
 „ rum ejus naturarum naturalem & effentialem qualita-
 „ tem , afferimus . *Et poft pauca* . Etenim Deus Ver-
 „ bum eft , & non caro , quamquam carnem rationaliter
 „ animatam affumpfit , hancque fibi unitione naturali &
 „ fecundum fubfiftentiam univit . Ipsa vero caro , caro
 „ eft animata rationaliter , & non Verbum , licet Dei
 „ Verbi caro confpicitur . Et ideo neque eandem habent
 „ indifferenter operationem adinuicem poft unitionem ,
 „ naturalem ac inconfufam , idelt , veram & fecundum
 „ fubfiftentiam : neque unam folam earum operationem
 „ dicimus , five effentialem & naturalem , penitusque
 „ differentem , ne in effentiam unam & unam naturam
 „ eos cogamus , quæ ab Acephalorum pueris luditur ,
 „ & ipsis verbis impudenter profertur compofita . Quem-
 „ admodum igitur utriusque effentia atque natu-
 „ ra , ex quibus nobis in Chrifto inconfufa fifta eft
 „ unitas , & unum Chrifto perfecit & Filium , to-
 „ tum Deum , totum eundem ipfum credendum & ho-
 „ minem , utramque naturalem confitemur operatio-
 „ nem , ne naturas , quæ inconfufe unitæ funt , confun-
 „ damus ; fiquidem ex operationibus tantum fecundum
 „ eos qui funt talia callentes , naturæ nofcuntur , & ef-
 „ fentiarum femper differentiam ex differentia opera-